



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 126. Ejusdem Venerabilis Patris opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

vidumque repertum est, prout hodie- Sæc. XVII.  
 dum in ligneo sarcophago ad latus Ora- A. C. 1615.  
 torii reconditum ibidem conspicitur.

## §. CXXVI.

*Ejusdem Venerabilis Patris opera.*

Cuncta, quæ Venerabilis P. Joannes *Possev. in*  
 ediderat, tanta pietatis ubertate, *Apparat.*  
 eruditionis amplitudine, ac latini ser-  
 monis puritate conscripta sunt, ut ea  
 separatim vario idiomate donata itera-  
 to prælo subiicere oportuerit. Simul  
 collecta prodire primum Coloniæ anno  
 Christi millesimo sexcentesimo vigesimo  
 secundo tribus tomis distincta: auctiora  
 vero rursus Coloniæ in quatuor tomis  
 edita fuere anno Incarnationis Domini-  
 cæ millesimo sexcentesimo quinquage-  
 simo: novissime tandem, auctior magis-  
 que emendata editio Florentiis anno  
 Salutis nostræ millesimo septingentesimo  
 septuagesimo primo in tribus tomis ador-  
 nata existit. In horum primo contine-  
 tur ejus *Pharaphrasis in Jobum, interpre-*  
*tatio Cantici Canticorum, lamentationum*  
*Jeremiæ, Psalmi centesimi trigesimi sexti,*  
*octogesimi tertii, & quadragesimi primi, præ-*  
*ter librum de Prudentia Justorum & ma-*  
*gis succinctam explanationem Cantici Can-*  
*ticorum.* quæ opera sensu penitus divi-  
 no conscripta fuisse testatur Possevinus.

Alter

Sæc. XVII. Alter tomus complectitur septem partes  
 A. C. 1615. & tractatus *de via vitæ, praxin ad bene moriendum*, septem partes *de Schola Christi*, quatuor partes *de bono contemptuque honorum*, *de arte vivendi spiritualiter* part. 5. Adjecti sunt quoque libri sequentes: *Stimulus. Compunctionis, Soliloquia, epistola Christi ad hominem, Ars amandi Deum, de studio pacis, epistolæ anagogicæ, de oratione & aliis virtutibus*, tres partes *de arte bene moriendi, de cultu B. V. Soliloquia anime ad Christum: tractatus de Sacramentis, de conscientie examine & partibus Confessionis*. In tertio tomo habentur tractatus *de disciplina Monastica, de custodia legum, de regimine Monastico, & disciplina claustrali: Præcipue commendatur ejus instructio Novitiorum*, ad cujus præscriptum plures alii Ordines regulares suos Tyrones non sine magno profectu hactenus instituerunt. Inserti quoque inveniuntur tractatus *de Missionibus, epistolæ ad varios, instructio Principum Ethica, Oeconomica, ac Politica, liber de Principibus Ecclesiasticis, tractatus de arte Gubernandi: de bono usu Curicæ, de pia educatione, cultuque pueritiæ, de arte concionandi, de arte dicendi, orationes pro festo S. Theresiæ, ejusque vita, varia poemata, Sacrique Hymni. Vita V. P. N. Petri a Matre Dei, de Bulla Sabbatina, varii apparatus ad Conciones, ac denique expositio*

positio versiculi tertii Psalmi sexagesimi se-

cundi.

Sæc. XVII.

Sæc. 1615.

## §. CXXVII.

*Adriani Romani & Sethi Calvisii  
fata.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos sibi lo-  
cum vendicare videntur Romanus &  
Calvisius, eoquod circa Ecclesiasticam  
temporum supputationem sui quoque in-  
genii dotes impenderint, & quidem  
Adrianus Romanus patria Lovaniensis,  
& Mathematicorum sui ævi facile prin-  
ceps scripserat *Theoriam Calendariorum*,  
litteris Herbipolensibus anno 1595. ex-  
cusam, præter *supputationem Ecclesiasti-*  
*cam juxta novam veteremque Calendarii ra-*  
*tionem*. Edidit quoque *Theatrum Ur-*  
*bium, ideam Atheosæ universæ, Urano-*  
*graphiam*, & alia opuscula medica. Obiit  
in itinere ad Aquas Spadanas die quar-  
ta Augusti annos natus quinquaginta  
quatuor. Alter vero Sethus Calvisius  
in Turringæ oppido natus Lipsiæ die  
vigesima tertia Novembris anno ætatis  
sæ sexagesimo secundo decessit. Cele-  
bratur ab ipso Scaligero & Petavio ipsius  
*opus chronologicum*: nec minori applausu  
excipiebatur a suis ejus *formula Calen-*  
*dario Gregoriano expeditior*, necnon *Elen-*  
*chus Calendarii Gregoriani*.

*Miræus l. c.*  
*Ser. Scalig.*  
*in Can. Isag.*  
*& Epist.*  
308. 404.

## §. CXXVIII.